

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 10 : De Apolline

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[40\] : De Apolline](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 10 : De Apolline](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 11 : D'Apollon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 10 : D'Apollon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 10 : De Apolline, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 17/09/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/844>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination108r°-115r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Apollon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

remur, introductam fuisse iudico. Hanc cœcam, hanc stultam, hanc temerariam, hanc leuissimam, hanc amentium parentem, hanc bonorum nouercam appellarunt: Huic pro bene acceptis petraræ sunt gratiarum actiones, at frequentissimæ pro calamitatibus contumeliæ & obiurgationes. Hæc eadẽ tantum exultationis, tantumq; imperium ab Homeri temporibus accepit, vt Iupiter de cœlo ab ea prope fuerit detrusus, omnemque rerum administrationem & sceptrum ipsam e manibus illa Iouis prope extorserit, sicut crediderunt insulsi homines. Atque vt summam dicam, nulla alia de causa excogitatum fuisse Fortunæ nomẽ ab antiquis crediderim, nisi vt hominum lamentationes a summi Dei cogitatione ad inane nomen, & ad numen quod nusquam existeret, diuerterent. Nam cum quid aduersum accidit, illud diuino consilio euenire constat, cum omnia a Deo proueniant. Quod si homines omnes sapientes essent, facile cû eo viro optimo dicerent, si bona de manu domini accepimus, quare non & mala sustineamus? at quoniã pauci sunt sapientes, cû pro acceptis malis doleamus, non'ne præstat de vano nomine Fortunæ, q̃ de diuina prouidentia queridat de Fortuna satis, nunc de Apolline dicamus.

De Apolline . Cap. X.

FVit Apollo, vt diximus, Latonæ Iouisque filius, siquidem Latona a Ioue compressa vno partu Apollinem & Dianam peperit, vt ait Hesiodus in Theogonia;

*Λυτὰρ Ἰσθλάωνος καὶ Ἄρτου τοῦ Ἰουλιάρου,
Ἰσθρίων τε γένεσι κατὰ τὰς ἐκπαιδείων,
Γένεσ' ἄρ', ἀπὸ τῆς Διὸς φιλίῳτις ἠέρεα.*

At Phœbum peperit, peperit Latona Dianam,
Pignora cunctorum quæ sunt clarissima diuum,
Cœlicolum regi magno coniuncta tonanti.

Quare Apollo ita gloriatur apud Ouid. se e Ioue natum esse;
mihî Delphica tellus;

Et claros, & Tenedos, Panopæaque regia seruit.
Iupiter est genitor.

Herodotus autem in Euterpe non Iouis, at Dionysii filios fuisse Apollinem & Dianam scribit in his, *Ἰσθλάωνος δὲ καὶ Ἄρτου, Διόνου καὶ Ἰσθρίωνος ἠέρεα*. Apollinem ac Dianam Dionysii & Isis filios esse aiunt; Latonamque illorum fuisse nutricem, cum illos seruaerit. Nam Latona cum ellet vnã ex octo Diis Aegyptiorum, a Cere deponitum apud se Apollinem seruauit, cum in insula Phœce siue natante ab impetu Typhonis Osiridis filios quærentia protexisset. uos filios qui Latonæ attribuunt, in Delo peperisse dicunt, vt testatur Cicero in actione 3. in Verrem. Poltridie cum spoliatum sanum viderent ii, qui Delum incolebant, grauiter ferebant: est enim tanta apud eos eius sani religio, vt in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. Atque Homerus hymnographus in Delo palmæ arborem fuisse loquit, quæ ostendebatur, cui innixa Latona Apollinem peperit, vt est in his;

*Ἐν δὲ τῇ Πυλῶνι ἄρ' Ἰσθρίωνος ἠέρεα,
Ἐν δὲ τῇ Πυλῶνι ἄρ' Ἰσθρίωνος ἠέρεα.*

In monte excelso deslexa, in vertice Cynthi,

Inopi

re indignatus Iupiter Apollinem e caelo relegavit. Quod ita scripfit in Argonauticis Orpheus;

*Ἰουπιτέρ ἀφίκασι φερσίβη, ἴππῳ παῖρα
Δαμίου, Λαομέδον Δαίτῳ δαίωσσι μῆτι.
ἐπὶ κείτῃ κούκλῳσι ἀναγκασί τῆστι, εἰς τὸν
Ἔρ φέρειτο ἱερός δαδαντῆν δῖονα Λαβῆν.*

Inde Pheris Admetus adess; seruiuit Apollo
Huic olim, cuperet vitare is cum Iouis iram,
Cyclopas quoniam confecerat ille sagittis,
Atq; neci dederat A sclepi pignoris ergo,

10

Inde demissus ac exul errabundus mortalium calamitatibus factus est obnoxius, vt testatur Lucianus in dialoga mortuorū. Hic idem Deus propter inopiam rerum omnium victui necessariorum mortalis omnium miserrimus factus operam suam Admeto Thesalix Regi pascendis armentis concessit. Vel, vt alii maluerunt, datus est in seruitutem Admeto, qui, quoniam oues pauit, vocatus fuit Nomius & Agreus, vt ait Pindarus in Pythicis in his;

*καὶ ἄγχι ἀπέλλαν
Ἀδμήτι χάρμα φίλοι,
Ἀγχεῖον ἱπὸ ἀνα μύλων.*

Et clarum Apollinem
Viris lætitiā amicis
Propinquum custodem ouium.

20

Huic eodem die natus Mercurius vesperi boues surripuit, vt est in hymno Homeri in Mercurium;

*ἦντο γαργῆσι μὲν ἦματι ἰακχέριος.
Ἐπὶ ῥῆτι βοῦν κλέψῃ ἐκθέλειν ἀπέλλαντο.
Editus is mane est. cytharam pulsauit eadem
Luce, boues Phēbo celauit vespere raptos.*

Deinde cum quereretur apollo, Mercuriumq; minis terrere conatetur, vt boues per furtum raptas sibi restitueret, idem Mercurius pharetram etiam surripuit: qua re cognita coactus est ridere Apollo, vt ait Hora. in t. Carminū;

30

Te boues olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Cum Pindarus oues, alii boues pauisse Apollinem inquirant, Callimachus tñ in hymno in Iauacrum Apollinis equas illum pauisse aserit in his;

*φίλον καὶ εἶπε κελύπητος, εἴ τις κούρῃ
ἦν ἰὸν ἀμφοτέρω ζυγοῖσιν ἐτρηφῆ Ἰωνίαν
Dixerunt Nomium Phēbum, ex quo tempore ad vndas
Amphrysi Deus egit equas pallum ille iugales.*

40

Qua de causa habitus est Deus postea pastorum vnā cum Pale, vt ait Virgil. in Aegloga quinta;

Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo.

Et in tertio. Georg.

Te quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso.

Huic lupus sacer existimatur, quia cum infestum sit animal gregibus & armentis

E c mentis

Jupiter est genitor : per me quod eritq; , fuitq; ,
 Estq; , patet : per me concordant carmina neruis .

Perutile sanè & præclarum inuentum fuit Apollinis musica, quæ tanquã so-
 latium quoddam, & ad obliuionem humanarum calamitatum remedium,
 quibus vita hominum vndique septa est, fuit inuenta. verum illam nunc ma-
 gis effeminatunt quam cõueniebat, vt Chromaticum melos adhibue- runt ad
 demulcendos animos; nunc magis virilem fecerunt: nunc ex his ambobus
 modulis fecerunt permissam, sicuti requirebat rerum presentium ratio. Neq;
 rudis omnino aut inurbanus habitus est, qui musicæ non fuisset ignarus. 19
 Alius fuit musicæ modus, com per numeros animi in bellum essent incitan-
 di, alius modulus fuit in conuiujs, alius inter Deorum sacrificia. Qui enim
 modulos rectè cognouerit, & quibus ex numeris componantur singuli, ille fa-
 cile ad omnia tempora musicam rationem accommodabit. Fuerunt hæc ipsa
 de causa Musæ in eius tutela creditæ, quarum & dux & pater Apollo fuit exi-
 stimatus. Fabulantur Linum Amphimaro Neptuni filio & Vrasia genitum
 fuisse; qui cum omnes mortales gloria musicæ antecelleret, ab Apolline, cui
 se cantu conferebat, fuit extremo supplicio affectus; cui etiam parentant
 ante sacra Musarum. Huic Deo sacer creditus fuit oleaster, quia iuxta oleam
 & palmanatus sit, vt quidam putarunt; ego vero crediderim, quod illa plan-
 ta solem maxime amet, cum in locis frigidis non nascatur. Quod illi sacer 20
 sit ita Theocr. ait in Herc. Leonicida;

*Χλωρὴ δὲ φέρει κατὰ πρὸ Ἀλλαντι τριπέτη
 ἵππῳ δὲ πρὸν ἵππῳ, τὴν ἄλλαντι τριπέτην.*

Atque vitens oleaster Apollinis ipse sacratus,
 Ac purus; coma sacra Deo frondefecit adulto.

Et quoniam musica fuit Apollinis inuentum, illi consecrata; etiam cicadas,
 canorum omnino animalis genus exillinatunt, & fidiculæ piscem, vt hocam
 Mercurio, Triglem Heate, phalaridem Veneri, susaneos Dionysio, vt ait
 Dorion in piscibus. Hic Deus patrius & ciuitatis defensor creditus fuit ab
 antiquis Atheniensibus, ad cuius Dei memoriam mos fuit priscis Athenien- 30
 sibus comam nutrire, & aureas cicadas capillis adnexas gestare, vt his verbis
 testatur Thurydides; *καὶ ἡ ἀρχαῖα ἔργα αὐτοῦ τῆς ὑψηλοῦς καὶ πρὸς ἡμῶν
 χλωρῆς ἄλλαντι τριπέτην, καὶ χλωρῆς τριπέτην ἡ ἴππῳ ἀλλαντι τριπέτην
 τῆς ἡ ὑψηλοῦς τριπέτην.* Atque antiqui, qui inter illos diuicijs præstiterunt, nec
 longum intereedit temporis spatium, ex quo lineas tunicas gestare cessarunt,
 & aurearum cicadarum corymbos è capillis capitum dependentes. Verũ rem
 hanc apertius patefecit Aristophanis enarrator, in his; *ἀρχαῖοι τῶν ἀθηναίων
 ἦσαν ἡμῶν χλωρῆς ἡ πρὸ τῆς τριπέτης ἀλλαντι τριπέτην. ἡ ἴππῳ ἀλλαντι τριπέτην
 ἀλλαντι τριπέτην πρὸ Ἀλλαντι, ἡ ἡ πρὸ τῆς τριπέτης ἀλλαντι τριπέτην.* Antiquissimi Atheniesum aureas
 cicadas capillis implicatas gestabant, quoniam cum musicæ sint cicadæ, sa- 40
 cratæ sunt Apollini; qui patrius est Deus illius ciuitatis. Hic Deus etiam
 celeberrimus fuit ob diuinandi artem & vaticinia, eoquæ maximè omnium
 Deorum ab omnibus serè gentibus in honore habebatur; cuius tabernæ que-
 dam & officina responsorũ diuinitissime patuit in Delphis præter cætera loca.
 Scriptum reliquit Lucianus in dialogo de Astrologia, virginem quãdã apud
 Delphos prædicendi munere functam fuisse: cum tamen draco esset sub tri-
 pode, qui vocem emitteret. Fabulantur tamẽ nonnulli Apollinem vaticinã-
 di artẽ à Pane didicisse, vt ait Apollodorus lib. 1. in his; *ἀπολλῶνα δὲ τῆς μαντι-*

Iantur, vt testatur Ouid. lib. 1. Metamorph. sed etiã quia naturæ ipsius Apollinis conuenit, cū arbor sit natura calida, quæ fulmine minime cõgitur, quare fuit dicta siue arcēs ac repellēs mala. neque timet anni iniuriã, sed semp frõdet, neq; vnquã senex apparet. eius odor ad vitãdã pestilenciã cõmodus est, vt ait Herodianus; atq; nõ mediocriter cõfert diuinationibus, siquidẽ eius folia sub puluinari dormientiũ posita vera somnia gignere putãtur. Huius arboris coronæ Apollinis tẽplis appendebãtur, & vates coronabãtur, dicebanturq; lauri foliis vesci, quod vtilia vaticinia capientibus significantes munera & sumptus in victum reportabant, vt testatur Isacius. Nicander Actolus is, qui Alexipharmaca scripsit, quiq; Apollinis Clarii fuit sacerdos, scriptum reliquit in Aemonia primum apud Tempe laurũ fuisse inuentam, quod inuuit in his;

10

Παλλὰ δ' αὖτ' ἢ σῖνος ἀμύγδα πύρετος, ἢ ἀπὸ δάφνης
τρυφίδατος, ἢ δαυκάου φέρειε ἰν' ἀουλίᾳ κέφατος.

Vel purum vitis potum fer, vel dato lauri

Aemonix, pastinacamq; , aut caulia cedens:

Apollinis Ismenis diuinationo non fiebat per responsa, sed per illa animalia q̄ comburebantur, sacerdotes futura vaticinabantur, vt ait enarrator Sophoclis. Magi præterea & Scythæ per lignum myricæ vaticinabantur, & p alias multas aliorum arbutiorũ virgas, quod genus vaticinii à Medis etiam seruari solitum scriptum fuit à Dione lib. primo Tertix Compositionis. Sicuti Iamidæ per pelles casarum victimarum ignibus impositarum, si recte inciderebantur: cum alijs astragalis super mensis impositis Deorum vaticinari mos fuisset. In Lesbo præterea fieri solita per virgas myricæ vaticinia testatur vel cognomẽ ipsius Apollinis, qui inde Myricæus vocatus fuit à Lesbiiis. Scriptum reliquit præterea Archæus in iis quæ memoriæ prodidit de Archanatide ac de bello Erythreo, Appollinem apparuisse in somnis Archagetæ summo eius expeditionis Imperatori, qui ramum gestaret myricæ: quare illam plantam illi Deo gratam putarũt. Metrodorus præterea in quodam libello quem scripserat de Consuetudine, antiquissimam plantam esse myricã putasse videtur, quæ etiam Aegyptii per pompam Iouis coronarentur. Verum hanc sententiã ita attingit paucis idem Nicander in Theriacis;

20

30

ἡμῶν μύριδος δάφνην εἴτε ἀσπυροπρία δάφνην
πλάστην ἢ λυαίτην γάλακτος, ἢ ἰν' ἀπὸ λυαί
πυροπυαίτην ἀποσπαστὸν ἰν' ἀουλίᾳ, ἢ ἰν' ἀπὸ δάφνης.

Inde nouum fruticem sterilis tu sume myricæ,

Quæ vates veneranda viros est inter. Apollo

Iura vitum huic tribuit, venturaq; dicere clarus.

Erant autem multi modi diuinationum apud antiquos, siquidem vel volatus auium, vel obseruationes tripodiorum, vel auguria, vel intuitus auium, vel exta victimarum, vel signa de cœlo, vel prodigia, vel portenta, vel rñsa Deorum, vel somnia, vel astra, vel aqua, vel ignis, vel mortui futura prædicebant ac præmonstrabant, vel alii modi, quos omnes recensere foret superuacuum. Nam & Virg. quosdam numerauit in 3. Aeneid. hoc pacto;

40

Troiugena interpret Diuum, qui numina Phœbi,

Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis;

Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Æruut autem duo Dri tantum, quorum celebrarentur responsa, Iupiter & Apollo:

Apollo:

Mythologiae.

Apollo: quorum ita fecit mentionem Aeschylus in Eumenidib.

καὶ οὐκ ἔχρησθίς, τῶν ἐμῶν καὶ αἰὲς
ταῦθ' ἐκάλει.

Oracula ipse cum Iouis, tum dein mea
Confidere impero.

Veruntamen idem Aeschylus testatur in Sacerdotibus Apollinem à Ioue prius accipere responsa solitum, deinde eadem dare petentibus, ut est in his carminibus;

10

τίλλας ἔβας ἰάχιστα. ταῦτά γ' ἄρ' ἔπειρ
ζυγὸν ἴκαδ' ἄλκιον.

Citissimè huc venire; namq; talia
Apollini pater loquenti suggerit.

Vocatus fuit autem Apollo Ἀπολλῶν à Delphicis, quia cum prius Neptunus Delphis coleretur, at Apollo in Calabria, loca mutarunt inuicem; sic. n. illum vocauit Lycophron;

τὸν ὀνομασθῆναι ἐν τῷ Ἰωνίῳ.

Locum Dei murantis, atq; mœnia Condentis.

Huic Deo cygnus etiam dicatus est, quia diuinet ac vaticinetur quando moriturus sit, & quasi præ lætitia canter, cum prospiciat quantum bonorum

20

cumulus sit in morte, vel certe quantam molestiarum, quæ sunt in hac miserissima vita, frequentiam sit relicturus: quam causam & cantus, & cur dicati sunt Apollini cygni, ita scripsit Cicero in primo Tuscul. disput. Itaq; commemorant, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt: sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Fuit autem templorum omnium opulentissimum Delphici Apollinis, quippe cum vel mille aureos lateres Cræsus ille ob insignes diuitias celeberrimus aliquando dono miserit, ut testatur Zetzes hist. prima, ut aurea tota ara Apollini ex iis strueretur. Fuit & alius infinitus propè Regum & Imperatorum munerum numerus angustissimorum,

30

ut videtur innuere Ouid. in Epist. Cydippes;

Et modo porticibus spatior, modo munera Regum

Miror; & in cunctis stantia signa locis.

Tribuebatur Apollini ars medendi, & sagittarum scitè emittendarum peritia, quod his verbis significauit Ouid. lib. 1. Metamorph.

Inuentum medicina meum est, opifexq; per orbem

Dicor; & herbarum subiecta potentia nobis.

Et Callimach. in hymno in Apollinem;

τίχρ' ἀμφιλοφίῳ κῆρ, ἔπειρ, ἔπειρ ἀσπίλλου.

κῆρ δὲ κῆρ ἴλαξ' ἀείρω, κῆρ δὲ κῆρ.

40

φίβη γ' ἄρ' ἔπειρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ.

κῆρ δὲ δ' ἔπειρ, κῆρ κῆρ κῆρ, κῆρ κῆρ κῆρ.

ἔπειρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ κῆρ.

Arte magis varius nullus, quàm clarus Apollo.

Sunt illi artifices cantus curæ: ille sagittas,

Ille arcus curat, pariterq; oracula, vates,

Suffragia. ex illo didicerunt funera primum

Diferre, & gelidæ vitare pericula mortis.

Hunc Deum & aureos calceos gestare, & omnia propè aurea habere finxit

Calli-

Callimachus ex antiquorum opinione; & semper esse iuuenem, neq; vnquã pubescere, aut lanugine prima barbx vestiri, vt est in his versib.

χρυσία τῆ πλάται, τῆ δ' ἰσθμῶν, ἢ τῆ ἰσθμῶν,
ἢ τῆ λυρῆ, τῆ δ' ἀρμῆ τῆ λύκται, ἢ τῆ φερύτρη.
χρυσία καὶ τῆ πλάται, ἢ τῆ ἰσθμῶν τῆ ἀσπίλλαι.
καὶ τῆ πλάται, καὶ τῆ ἰσθμῶν τῆ φερύτρη.
καὶ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη.
καὶ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη.

Aurea sunt Phæbo hæc; vestisq; , & fibula in illa ;
Tum lyra, tum chordæ, ex humero pendensq; pharetra .
Calcei & ex auro vtriq; auri diues Apollo est.
Possidet is multa ; quod Pytho ostendit . & idem
Formosus semper , semper iuuenisq; : nec illi
Fœminæ quantum nigrent lanugine malæ .

10

Scriptit Homerus in hymno in Apollinem, Apollinem ipsum vocatum fuisse Pythium, quia Typhonem sagittis interemerit; qui solis calore postea corruptus Apollini Pythio nomen dedit. Nam φθίσθαι putrescere significat, vt est in his carminibus;

Ἐν ἰσθμῶν φθίσθαι ἀπὸ πύλλαι
Ἐνταῦθα νῶν πύθιν ἰσθμῶν χερσὶ θεοῦ Πυθίου .

20

sic inde precatus Apollo est :

Putrescas tellure iacens, campoq; feraci .
Tum idem paulopost ;

Πυθίτη καλίστην ἐκείνην, οὐρανὸν ἠὲ
Ἄσπερον πύθιν πύλλαι μίμναι ἔστιν ἰσθμῶν .

inde vocarunt

Pythion hunc regem cognomine, putruit illic
Quod monstrum radiis, & claro lumine solis .

Fabulati sunt antiqui hunc è terra à Iunone pugno percussa natum esse, quẽ serpentem fuisse crediderunt, at non Typhonem; vt scripsit de illo Nicanor Colophonius in his;

30

ἢ τῆ φερύτρη, καὶ τῆ ἰσθμῶν χερσὶ θεοῦ Πυθίου ;
καὶ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη .

Sic effata grauis percussit robore dextræ
Tellurem; motumq; solum est cum fœcilibus agrî .

Cæsus fuit hic Python serpens non procul à Cephisso flumine, qui fuit ad radices montis Parnasi, vt ait Dionysius in libello de situ orbis. Scriptum est liquit Oni in 1. lib. Metamorph. Pythia postea in honorem Apollinis fuisse instituta, quæ non à Typhone putrefacta, sed à serpente, fuerunt instituta, vt in his scribitur;

40

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos .

Celebrabantur autem in ludi vere ineunte ab omnibus Cycladum incolis, sicuti tradidit Dionysius in lib. de situ orbis in his carminibus;

ἢ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη, καὶ τῆ πλάται
ἢ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη, καὶ τῆ πλάται
ἢ τῆ ἀρμῆ, καὶ τῆ λυρῆ, καὶ τῆ φερύτρη, καὶ τῆ πλάται .

Instituere choros omnes, victoria quando

Grata

Mythologia:

Grata fuit, cum iucundum ver incipit; & cum
Arboribus dulces nidos subtextit Aedon.

Omnes enim insulæ etiam, quæ fuerunt circa Delum ludos pro illa victoria instituerunt. Scripsit tamen Pausanias in Corinthiacis Diomedem à Troia redeuntem cum effugisset tempestatem, quæ Græcis ab Ilio redeuntibus immissa est, apud Træzenios templum Apollinis Incensoris, dicauisse, & Pyticos ludos in eius honoré instituisse. Erat antiquissimus mos vt pulchrior ex omnibus hymnis qui offerretur, in honorem Apollinis caneretur: postea vero cantus ad cytharam suū institutus, & aulædorum atque tibicinum certamina: & præmia ab Amphictyonibus de medio sublata, & coronarium ditaxat fuit propositum: & quadrigis exceptis, omnia, quæ in Olympicis aderant athletarum studia, in hæc recepta certamina. Deinde paulopost repudiata fuit ars aulædorum, & ex his ludis exclusa, quæ in Olympicis aderant & triste præ se ferrent, cum elegi, fœnebresq; lamentationes his tibiis conuenirent. Mox additus est equorum cursus, & armatorum deinde, mox bige introductæ, atque variis temporibus & pullorum binorum iniugum cursus, & singulorum instituti, quorum nonnullorum mentionem fecit Ouid. libro primo Metamorpho.

10 Hic iuuenum quicumq; manu, pedibusue, rotaue
Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat.

Erat enim antiqua consuetudo iam tum à Thesei temporibus è Creta redi-
cis incepta, vbi ludos Deli instituit, vt victores palma coronarentur. Mox
coronis muratis mansit tamen consuetudo, vt omnes victores vbicumque es-
sent, palmam manibus gestarent, vt ait Paus. in Arcadicis. Ar corona laurea
propria fuit Delphicorum præmiorum, idque cum ob perpetuum vigorem,
tū quia arbor ipsa Apollini sit dicata. Verum de his ludis alio loco pluribus
pertractabimus. Fuerunt qui dixerint hos ludos non ob serpentem ab Apol-
line cæsum institutos fuisse, sed ob incolam quendam Pythos, (sic enim no-
minabant Delphos antiqui) ab Apolline confixum sagittis, qui ibi extabuit.
30 Atque per id tēporis ita nominabantur ea quæ corrumperentur, vt in Pho-
ciis inquit Pausanias. Scriptum reliquit Ephorus quo quidem tempore
Apollo in terras devenit, homines sylvestribus fructibus viuentes ac ferarū
more, mansuefecisse; atque id contigisse in Delphis primum, mox ad Pano-
peam urbem profectum crudelissimum & violentum tyrannum Tiryum in-
teremisse, audisseq; è Parnasis hominibus alium esse tyrannum non minus
hominibus infestum Pythonem nomine, atq; cognomine Draconem, quem
& ipsum sagittis Apollo confecit. Atque inter pugnandum cum Io Pæan cla-
mitatum ellet, quod mitte Apollo significat, mansit postea consuetudo vt
40 in Pæanibus & in omni lætitia alicuius victorie Io Pæan conclamaretur, vt
illud est Ouid. in secundo de Arte;

Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan.

Decidit in casses præda petita meos.

Inde Pæanes dicti sunt hymni, qui in laudem Apollinis compositi caneban-
tur: erat autem rhythmus eorum, ille plerumq; qui à Sophocle seruat in
hoc carmine in Oedipode Tyranno;

ἰεὶε δελιε πæαν.

Ieie Delie Pæan.

Quamuis duo fuerunt Pæanum genera, quorum vsus erat etiam in bellis:
nam

nam horum alterum genus Marti ante bellum erat dicatum; alterum Apollini post victoriam. Cum cepissent igitur Pæanes in Apollinem cantari, cepit & Apollo vocari Ieius, ut Eueius Bacchus. Alii igitur ad dæd' vel dædas hoc est à medendo, alii à dædi vel dædi à mittendo scilicet dixerunt: quippe cum tadii solis cum moderato calore demissa vitam mortalium conseruet, at contra lxtiferi sunt iidem radii si immoderatus calor extiterit. Alii vtrunque coniunxerunt, dixeruntque Iæis, Ieius deinde dictus fuit. Quod autem Pæanes vocarentur cætilenæ in Apollinē compositæ, declarauit id Homeri in I. Iliadis;

αἰεὶ, παρὰ τοῖς ῥαδάσσι τοῖς ἰαδένεσσι,

καλὴ δ' ἰδένεσι παρὶντο καὶ ῥαδ' ἀχρεῖσσι.

ῥαδάσσι τὴν ἰαδένεσσι, ἰδ' ἰδένεσσι τὴν ῥαδ' ἀχρεῖσσι.

Phæbas iras placabant carmine Achivi

Per totas luces pulchrum Pæana canentes.

Cantantes Phæbum, huic mulcebant pectora cantus.

Fuerunt tamen, qui putarint Pæanas dictos fuisse non quidem ad dæd' vel dædas, vel à feriendo; sed potius dædi vel dædas quod placare significat: quoniam canebantur istæ cantilenæ ubi vel famem, vel pestem cessare precabantur, vel aliquod imminens malum diuertere diuino implorato auxilio. Inde Aesculapius Pæon dictus fuit ab Aristoph. in Pluto. quia morbos mitiget accessu re faciat.

Ἀεσκληπιὸς παρὰ τοῖς ἰαδένεσσι τοῦ Πλάτωνος.

Aesculapium nactus benignum quod fuit

Pæonem.

Eius Dei laudes & res gestæ canebantur idcirco ad illum placandum, quod iis delectari putaretur, cum primus is, ut fama est, Iouis victoris laudes Saturno de regno depulso cecinisset carminibus, cithara sumpta magnificisq; vestibus indutus, & coma mirificè ornata: ut ait in secundo Eleg. Tibullus;

Sed nitidus, pulcherq; veni; nunc indue vestem

Sepositam, longas nunc bene pectus comas:

Qualem te memorant Saturno rege fugato

Victori laudes concinuisse Ioui.

Hic Deus eximie colebatur in Soracte Phaliscorum monte, cuius sacerdotes nudis pedibus ad simulandam sanctitatem prunas accensas calcabant illæsi; sed illud fiebat quibusdam additis medicamentis & antidotis, quæ res multitudinem hominum in summam admirationem & superstitionem adducebat. Id ita fuisse testatur Virg. lib. 11. in his;

Summe Deum, & sancti custos Soractis Apollo

Quem primi colimus: cui pineus ardor acernus

Pascitur, & mediam freti pietate per ignem

Cultores multa premimus vestigia pruna.

Habuit Apollo multos locos in quibus colebatur. Nam Homerus in primo Iliad. Chrysen, Tenedum, Cyllamque ciuitates connumerauit, in quibus præcipuè Apollo colebatur, nã ut de Ioue dictum est, & de Diis reliquis; vel à ciuitatibus, in quibus sunt culti, vel ab euentu rerum, vel à conditoribus tæplorum cognomina obtinuerunt. ut Delphinus dictus est Apollo, quia Delphino similis in mari aliquando Gnossis nautis apparuerit, sibi que aræ erigi in litore iusserit, ut est in hymno Hom. in Apoll.

Ὁς πρὶν ἰσθμὸν τῆς ἑρπύρας ἐν ἑρπύρασι πόντοσσι

Ἐὶ δὲ πρὸς Δελφίνας θύρας ἐνὶ ναὶ ἔμπεσεν.

Ff

sic

sic mihi Delphino simili super æquoris undas
Ceruleas primum in nauim fuit impetus olim.

At Heliodorus Delphinium vocatum fuisse scripsit, quia in Pythone Delphinum draconem Latonæ vim inferentem sagittis confecerit, cuius hæc sunt catmina;

Ἰσχυρὸν ἀντιφάει, κατὰ δρυῖος Παρνακίᾳ

Αἰαφῶρος τὴν αἰὲν ἀνὰ δρυῖν Ἰσχυρὸν.

Vel cum saxosis Parnasi in collibus arcu

Serpentem horrendum confecit is, atque sagittis.

30 Fuerunt qui dixerint ita dictum fuisse, quia Cassalium Cretensem in coloniam Apollo deduxerit, à Delphino vectus; alii quia Delphino similis nauis fuerit dux vsque ad finem Crisæum, & in Phocidem. Alii quia sub forma delphini nauim conscenderit, & vsque ad eum locum per mare deueniret, mox exilierit illuc, vbi Delphi postea sunt vocati. Verum nos has fabulosas, variasque opiniones, & fabulosa cognomina prætermittentes, illa tantum summam percurramus, quæ cognitu necessaria sunt nostro huic suscepto negotio. Colebatur hic Deus & in Mileto & apud Mronios, ab iis causis, quas superius recensuimus dictus. Abzus ab urbe Lyciæ, Acrira, Actius, Accius, Agrus Alexicacus, Argetes, Agyzus, Aegyptius, Boedromius,

20 Cerdus, Curator, Carneus, Canus, Carnias, Carmeus, Clarius, Delius, Didymeus, Diradiotes, Epicurius, Grynxus, Hylatus, Hortius, Ismenius, Latous, Læmius, Loxias Libystinus, Lycius, Malcater, Nomius, Napæus, Orchicus, Pastor, Pythius, Prouis, Phanzus, Patarzus, Patrous, Platanistius, Parnopius, Philesius, Prælagus, Præstes, Phyllæus, Sthalcus, Smyntheus, Spondius, Sciastes, Theoxenius, Thyrxus, Tymbræus, Telphusius, Lilius, Zosterius, aliaque complura fuerunt cognomina, quæ omnia numerare longum esset. Fertur hic Deus in varias formas ob amores fuisse mutatus, in Leonem, in ceruum, in accipitrem. Mos fuit illi agnos immolari, vt testatur Homerus lib. 4. Iliadis;

30 *Ἐὖχαι δ' ἀπὸ Λακωῖ ἀκροτάτῃ, κλυτὰ τεύχε,*

Ἄγρῳ πρῶτον ἴνα σὶ μὲν κλυτὸν ἰκαταβῆν.

Ipse roga Lycium Phæbum, qui est clarus ob arcum,

Et voue agnorum tenerorum sacra referre.

At Virg. in lib. 3. Aeneidos taurum illi immolari solitū scribit his verbis;

Sic fatus, meritos aris mactauit honores,

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Testatur Pausanias etiam in Bœoticis Thebanos taurum Apollini immolare solitos, at postea immutatum fuisse morem vt bos domitus mactaretur: quod ii qui missi fuerunt aliquando ad capiendum taurum cum nimis tardi fuissent, & exdenda victimæ tempus inuaret, bos à transeunte piauistro solutus fuerit, & pro tauro mactatus, quæ postea mansit consuetudo. Memorix prodidit Euarthes in Fabulis accipitrē fuisse sacratum Apollini, vnde illud est Homeri;

40 *κίρα δ' ἀπὸ Λακωῖ τὰς τὸν ἄστυλιε.*

κίρα δ' ἀπὸ Λακωῖ τὰς τὸν ἄστυλιε.

Nam celer accipiter sit Phæbi nuntius alex.

Atque hæc ex sunt feræ, quæ de Apolline fabulose tradita sunt ab antiquis. Nunc quid per hæc senserint, velligemus. Appellarunt antiqui, vt sæpius dictum fuit, varias vel naturæ vires, vel siderum, vel summi Dei in humanas

ctiones, variis Deorum nominibus. Quid enim per Apollinem intelligebat,
 de quo tam multa tradita sunt in fabulis? Declarauit id Cic. lib. 3. de Natura
 Deorum; illa autem, Balbe, quæ tu à cælo, altrisque ducebas, quam longe
 serpare, non vides: Solem Deum esse, lunamque quorum alterum Apollinē
 Græci, alteram Dianam nuncupant. Et Plato in Cratylo, vbi nominis rationē
 perquirat, quæ ad quatuor facultates illius extenditur, ad musicam, diuina-
 tionem, medicinam, peritiamque mittendarum sagittarum, Apollinem, nunc
 quia non plures sint, nunc à soluendo, nunc à mittendo, nunc à rerum simplici-
 tate dictum contendit, quæ Soli conueniunt omnia, ac nulli præterea. Quid
 enim veritatem magis aperit quam sol, & omnem tenebrarum caliginem ex
 humanis rebus disperdit? aut quid magis confert medicorum pharmacis?
 siquidem herbæ quæ in apricis locis nascuntur, multo magis rei medicæ cō-
 ferant, quam in umbra aut in humidioribus locis nutritæ. Hic est generatio-
 nis rerum & corruptionis vnicus autor, vt in lib. de his sensit iure Arist. Hic
 longissimè è cælo in terras radios suos minime debilitatos iaculatur; vnde
 dictus est à poetis *ἠέλιος* è longinquo operans scilicet: & *Λοξίος*, quia obli-
 quum habeat incessum sub Ecliptica, & *Φαῖβος* à splendore luminis; & *Δελ-
 λιος*, quia occulta manifestet: & ab huiusmodi causis multa nomina obrinuit
 quæ nulli certè, nisi Soli cōuenire possunt. Hic pestis & salutis solus est opi-
 fex, quoniam in symmetria caloris vniuersa animantium vita, salusque con-
 tinetur. Hic medius inter ceteros planetas, tanquam dominus ceterorum
 collocatur; quorum motus incredibilem efficere harmoniæ suauitatem cre-
 diderunt Pythagorici, quare musicæ autor putatus est. Huic citharæ iouen-
 tionem tribuerunt, quæ septem chordis prius muniebatur, vt ait Virg. lib. 6.

Nec non Threicius longa cum velle sacerdos

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Qui chordarum numerus planetarum numero conueniebat: cum plurium
 chordarum instrumenta musica recentiora sint vel Pythagoræ temporibus
 vel Orphei. Hic Iouis & Latonæ filius fuisse creditur & in Delo natus; quia
 post illam confusam mundi, vt vocant, materiam, ex qua vniuersa, quæ sunt,
 creata creduntur, quæ *ἀέθρῳ* quasi *ἀέθρῳ*, vt ait Plato, à latendo & ab insci-
 tia fuit vocata, ab omnium rerum opifice Deo lux prima omnium prodierit.
 Nam primū Solem & Lunam duo lumina maiora in principio creauit Deus
 omnipotens. Nati dicuntur Apollo & Diana in Delo, quia continuo exorta
 luce res cognosci & videri posse ceperint, cum prius in confusa & informi
 materia omnia delitescerent. Qui Dionysii filios putarunt esse, vim & actio-
 nes Solis Apollinem esse crediderunt, ac Dionysium esse Solem ipsum, cu-
 ius filia sit Luna, cum à Sole patre lumen, vimque suam vniuersam accipiat.
 Eadem ratione qua calor medioeris confert omnibus animantibus, putatur
 Aesculapius, qui medendi artem caller, Apollinis esse filius. Huic Apollini
 vt mitior esset, pestemque leuaret, vt à nonnullis traditum est, ludi Apolli-
 nares fuerunt instituti. cuius cum dux sint potestates nimio calore & intem-
 perie aeris perdendi, ad eam vim placandam, *Præn* in hymnis cantabatur. In
 imprecationibus contra Ieiū vocabant ab immittendis sagittis, at non à
 medendo, vt quidam putarunt. Huius filius Aesculapius à Ioue irato fulmi-
 ne percussus interiit: quia cum benignitas solis & temperies animantibus sit
 salubris, aliquando ab inflammato aere pestis oritur, & in morborum graui-
 tatem tota illa solis clementia vertitur: quate grauior sit pestilentia mediis

Ff 2 tempori-

Mythologia

temporibus, quàm per summos calores, aut per eximia frigora. Neque illud mirum, quando vel in male affectis corporibus idem contingit: nam quæ firmis sanisque conferunt, eadem ægrotantibus plerunque solent obesse, vel propter imbecillitatē concoquentis in stomacho caloris, vel quia magni refert quò naturalis potentia, humorumque cursus diuertatur. Fit enim, tanquam in humanis corporibus, ita in hac rerū vniversitate aliquādo attrorū quorundā concursus; vnde concitetur aeris intemperies, ex qua nascitur pestilentia, quæ modò sit ex abundantia, modò ex inopia nimia humoris: quæ

- 10 necessariò sequitur annonæ penuria, cum omnia inferiora gubernentur a superioribus, & illa omnia nõ nisi Dei supremi & altissimi nutu quidquã agat. Apollo dicitur mortem filii grauius ferens Cyclopa Iouis ministros, fulminumque artifices interemisse, quod nihil aliud significat, nisi solis beneficio rabiem illam vaporum, qui pestem excitauerant, fuisse extinctos. Nam ex ipsis vaporibus quodammodo affectis morbos procreari constat, & salubritatem everti; & è vaporibus fulmina Ioui confici, cum illi sint fulminum artifices. Cum enim Aesculapius sit Apollinis filius medicus peritissimus, isque sit aeris optime affecti temperies, hanc temperiem eximius calor destruit, per quem vapores absumuntur, neque vsquam possunt consistere. Cũ aliquid simile fortasse superioribus temporibus contigisset, vt fabulati sunt
- 20 de Phaethonte, ita ob hanc rem datus est locus fabulæ, quia ob fulmine occisum filium Apollo Cyclopa, quoddam fulmina faciebant, occiderit. E celo igitur descendisse per id tempus putatur, quia benignior & quasi humanior quàm antea, solis natura sentiebatur. Id cum ita contigisset, cognouerunt mortales Solem esse rerum omnium moderatorem: quare cum tepor illius conferat animantibus pauisse armenta Admeti putatur, & inter Deos agrestes non vltimum locum sortitus est. Laurus illi tum ob innatum calorem consecrata est, cuius ex attritu lignorum facile ignis eliditur, tum etiam ob diuinationem; quia eius folia sub puluinarum dormientis posita creduntur vera somnia gignere. Præterea illi, quibus natura Solis plurimum dominatur, (nam alii aliorum planetarum naturæ magis clam adheremus) multa facilius præsentiant, quare diuinationem & vaticinandi peritiam Apollini tribuerunt. Huic Deo gryphes & corui ob similem vim præsentendi dicati sunt. Huic imago ab antiquis fingebatur, quæ dextra manu Gratiâ gestaret, at sinistra sagittas & arcum, quia multò plura sunt eius in humanum genus beneficia, quàm incommoda, quæ inferuntur. Hunc Deum semper inuenem sinxerunt, quia sempiterna illa sublimia corpora nullam sentiunt senectutem, & quia semper eadem vis est solis, quamuis minime appareat nonnullis ob signiferi circuli obliquitatem. Capillos illi tribuerunt prælongos, ad explicandam vim radiorum, quem etiam in tonsuram vocauit Horatius in his;
- 30

Dianam teneræ dicite virgines,
In tonsuram pueri dicite Cynthium.

sic & is poeta in his;

ὄρνιθες καὶ κούρην, μέγαν Διὸς ἐπέλληνα,

ἄβροτον, ἀλαϊαροφον, ἀεικίονον, ἀβροχίονον.

Cantamus Præter Deum, qui est magnus Apollo,

Perpetuum, pulchrum, in tonsuram, semperque comantem.

Huic Deo antiquissimis temporibus sacram comam ephebi nutrire solebant,

hant, quam eo tempore decisam Apollini dicabant & deponebant, cum similes esse Apollini cessarent: hoc est cum labra vel malæ prima lanugine velliebantur. Eam fuisse consuetudinem testatur Plutarchus ita in Theseo; *Ἰσως δὲ ἔγραυ ἵτι τῆς τινὲς μεταβοικισίας ἐν αἰσίου ἰδύστας ἐν Δελφοῖς ἐπαρχίους τῶν ἐν τῆς αἰσίου.* Cum mos esset illis temporibus, ut qui ex ephēbis excesserant, in Delphos venirent, atque comæ primitias Deo offerrent: sicuti Zonam Dianæ consecrabant mulieres, cum virginitatis periculum esset. Lucianus tñ in Dea Syria morem fuisse apud Syrios scribit, ut barbātum Apollinem fingerent, cum reliqui homines eum iuvenem & imberbem formarent. Istud autem ea de causa efficiebatur, quia imperfectam existimabant illam ætatem Assyrii, cum neq; ad naturæ summum accessisset, neque ob rerum præteritarum experientiam prudentia muniretur. At verò qui dicunt, quòd Pythone[m] serpentem sagittis confecit, cum parvus adhuc esset, quid aliud significant, quam solis naturam, & mundi nuper nascentis? cum enim sol nuper natus esset, & post illum omnia sidera, cepit sol vapores è terra, qui plurimi fuisse dicuntur, sursum suo calore attrahere: quo tempore pro natura infantium plena humoribus terra, multisque nebulis ex illis procreatis tecta, cum recens à cæteris elementis fuisset diuisa, omnia putredine plena erant, quæ ex humoris abundantia, aut certè sine humore, non contingit. Tum vero sol suis radiis nouam terram assiduè illustrādo, quasi sagittis quibusdam ipsam putredinem feriens, paulatim exiccavit, salubremque animalibus sedem fecit. Neque aliam rationem aut causam fingendarum harum fabularum putauerim, nisi q̄ modo vires elementorum, modo sidera pro Diis colentes, suorum Deorum vires celebrare per has fabulas voluerunt. Nam fabulæ, quæ de Diis foganur, ad rerum naturalium aut astronomicarum considerationem spectant: quæ de hominibus, ad vitam mortalium informandam & in melius vertendam. Sed de Apolline satis, nunc de Aesculapio dicatur;

10

10

De Aesculapio, Cap. XI.

30

Aesculapium quidam Apollinis & Nymphæ Coronidis filium fuisse arbitrantur, sicuti testatur Homerus hymnographus in his;

*Ἰντῆρα ἐν τῶν ἀσκαλωντῶν ἀρχῆν ἀίδου.
ὄντ ἀσκαλωντῶν, ἐν τῶν ἀσκαλωντῶν δια κορωνίς.
αὐτῶν ἐν τῶν ἀσκαλωντῶν, ἐν τῶν ἀσκαλωντῶν βασιλευσῶν.*

Morborum medicum canto, quem Diua coronis
E Phēbo peperit Phlegyæ olim filia Regis,
Dotius est vbi lætus agerq; Amyniq; fluentæ.

Pausanias verò in Corinthiacis memorix prodidit Phlegyam Coronidis patrem Peloponessum ingressum filiam prænantem ex Apolline, quod tamē ille non senserat, secum adduxisse. Illa puerum in sinibus Epidauriorum enixa, illum in monte exposuit, qui ab eo eventu Tithias postea fuit vocatus. Ibi capra dicitur lac infantis præbuisse, quæ canis, à grege quem custodiebat, discedens, obseruabat. Hos cum deesse gregi pascor cognouisset, vniuersum pascuum peragrans puerum tandem & capram & canem inuenit; veruntamē cum ignis è capite infantis emicuisset, diuinum quiddam ratus eius rei famam per vniuersam regionem diuulgauit. Deinde fama dissipata est, quòd quouis morbo laborantes homines ab illo Deo genito possent sanari. Fuerunt qui

40

qui